Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-354845-p0001-4

Vz. 93.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-354845-p0002-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-354845-p0003-5

Tractatus in hoc libro contenti

1. Dni. Erhardi Weigelij Extractio Radicis,
2. - - - - - - - Pantognosia.
3. - - - - - - - Mechanica
4. - - - - - - - Speculum Temp. Civil.
5. - - - - - - - Concentrirte Weißheitkunst,
6. - - - - - - - Collegium Artium liberalium.

7. Davidis von der Becke Exercitium Astronomicum.
8. Christoph. Tobiæ Wideburgij Oratio Mathemat.
9. Frid. Schraderi Oratio de Admiranda Naturæ Subtilitate.
10. Anonymi Calender-Schlüßel
11. Andreæ Alexandri Gebrauch des Proportional Circkels,
12. Kirchmayeri Tract. de Phosphoris, luce, & Igne.
13. Bliesdorps Arithmet- Geomet- quadrat- und Cubic-Cossischer Erquickstunden.

Possidet me
M. Lucas Beselin. Rostoch. Mecklenb.
Anno 1688. JENÆ.

COLLEGIUM ARTIUM LIBERALIUM,

FUNDAMENTA SCIENTIARUM IPSARUMQVE VIRTUTUM,

(*INFORMATIONIS*

GRECIÆ SAPIENTUM

hodiè reviviſcentis

PRIMORDIA,)

COMPLECTENTIUM

indicat

ERH. VVEIGELIUS, C.P. P.P.

ACADEMIÆ SENIOR.

JENÆ,

TYPIS GOLLNERIANIS, 1688.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-354845-p0005-6

REdeunt hodie poſtliminiò, qui ſupra vulgus ſapiunt, neque pravo longi temporis uſu prorſus abripiuntur, ad morem docendi diſcendiq́ue Græcorum, qui ab Ariſtotelis inde usq́ue temporibus, errore tantum non continuo, ſemper magis magisq́ue neglectus, poſtquam à B. Luthero in den Haupt-Artickeln p. 812. daß dadurch wunder geſchickte Leuthe aus worden / zu allerley hernach tüchtig / & ab aliis alibi paſſim commendaretur, vires hoc ævo reaſſumere meritò gaudet. Itaq́ue cum pręſtantium virorum frequentes ad me literæ hinc inde confluant, qui Informatores ita habiles deſiderant, cum privatos, tum & ſæpius publicos, lautis quidem ſatis conditionibus propoſitis, ut qui Salaria vel altero tanto, ac vulgo hucusq́ue factum erat, auctiora promittant, dummodo in Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Mu-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-354845-p0007-8

ſica ſaltem eat. ſint exercitati, ut rudimentis utilium ejusmodi ſcientiarum tenerioris ætatis juventutem inſtruere valeant; placuit, COLLEGIO privato, quod dicere liceat ARTIUM LIBERALIUM, (puta quatuor illarum, quas nominavi, realium) Philomathas iis ſubſidiis inſtruere, tùm ut alios, ſi quibus opus ſit, informare viciſſim feliciter h. m. poſſint; tum ut ipſi Græcorum more & altius ſapere, & maturius, diſcant. Muſicam autem obiter, quod ad canendum pertinet, huc revocabimus: exactius ei parti dabimus operam, quæ ad oratoriam elocutionem, ſeu actionis præſtantiam, redundat. Ejus enim vim quis ignorare poteſt? Si gravitate ſua commendetur oratio, incomparabile pondus à Vocis vivido uſu accedit; ſin minus, gratiam inſignem qualiscunque ſermo eleganti & maſcula pronunciatione ſibi acquirit. Quibus hæc curæ fuerint, nomen ap. me quantocius profiteantur, peramanter rogo. Nam publico bono omnia omnes debeamus æquum eſt. P.P. Jenæ Feſto Trinitatis 1688.

Exemplum Algebraicum Aliud

Juvenis præteriens aliquot puellas salvete inquit omnes decem, respondet una illarum, si essemus adhuc totidem, quot nunc sumus, et insuper pars tertia, tunc tot essemus infra 30, quot nunc sumus supra 10. quæritur virginum numerus.

Fuerunt $x + 10$

adh. tot. $2x + 20$

$\frac{x}{3} + 3\frac{1}{3}$

$\frac{2x}{3}\frac{x}{3} + 23\frac{1}{3}$ ∝ $\frac{30-x}{3}$

Hoc est $\frac{7}{3}$ $\frac{70}{3}$ $\frac{90}{3} - x$

$7x$ 70 $90 - x$

ad 1 Subt. 70 $+ 1x$ ad

$8x$ 20 $0x$

8 subt.

fac. 12 puellas.

Proba

12 puella

12

4

28

Exemplum Aliud.

Virgo quædam aliquot denarios secum ferens accedit ordine tres Deos, Jovem, Apollinem, & Minervam, rogans (1) Jovem ut sibi suos denarios duplaret, quod ubi fecisset Jupiter, donavit ipsi virgo tres denarios, cum residuis accessit Apollinem, idem rogans, sed et hic exaudita donavit Apollini tres denarios. Deniq cum Minerva reliquos virginis denarios duplasset, et dono itidem tres accepisset, virgini non nisi unicus relictus est denarius quæritur, quot ab initio habuerit.

Habuit x

$2x - 3$

$4x - 6$

$4x - 9$

$8x - 18$

$8x - 21$ ∝ 1 denar.

$+21$ / 21

0 22

$\frac{22}{8}\Big\{ 2\frac{6}{8} \Big| \frac{3}{4}$ Fac. $2\frac{3}{4}$ Den.

Proba

virgo habuit $2\frac{3}{4}$ Denar.

$4 \frac{6}{4}$

ist $5 \frac{4}{4}$

Ref. $2 \frac{2}{4}$

$\frac{4}{4}$

$4 \frac{4}{4}$

ist 5

Ref. 2

4

Resitu denar. Q.E.D.

Exemplum Aliud.

Cum aliquando in Macedonum colloquio mentio de singulorum ætate incidisset, ego inquit Alexander Hephestionem meum duobus annis antecedo, at Clytus nostros et præterea quatuor attigit: tum verò Callysthenes jucunda inquit est mihi ô Rex isthæc ætatum commemoratio:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-354845-p0009-2

patris n. memoriam renovavit, qui cum annos 96 vixisset, trium vestr. ætates compleverat. Luær. ætas singulorum.

Ætas Hæphestionis X
Alexand. X + 2
Clythi 2X + 6
Æquatio 4X + 8 ⌐ 96
Resolut. − 8 ... 96
0 ... 8
88 ... 88 ⌐ 22 Fac. Æt. Haph.
44

Proba
Æt. Haph 22
Alex. 24
Clyth. 46
4
96 Q.E.F.

Exemplum Aliud.

Tres emerunt domum pro 200 Rthl, ita, ut secundus det duplo plus, quam primus, et tertius triplo plus quam secundus, quæritur, quantum quisque dederit?

Primus dedit X
Secundus 2X
Tertius 6X
9X = 200 Rthl.

Proba.
$200 / 9 = 22\frac{2}{9}$ Rthl Primus.
$44\frac{4}{9}$ Secundus
$132\frac{12}{9}$ Tertius
200 Rthl Q.E. Demonst.

Exemplum aliud.

Lusor aliquis, cum perdidisset pecuniæ suæ $\frac{1}{2}$ & $\frac{3}{8}$ reversus domum residuos numerabat 15 Rthl. Quæritur quantum pecuniæ habuerit ab initio.

perdidit $\frac{X}{2}$ & $\frac{3X}{8}$

Add. $\frac{8X}{16}$ $\frac{6X}{16}$ ist $\frac{14X}{16}$ | $\frac{7X}{8}$ = 15 Rthl
8
120 Rthl habuit ab initio

Proba.
120
Perd 60
Perd 45
Sa. 105

120
105
15 Rthl. Q.E.D.

120 15
8 3
45

Ga 1261. 8

ULB Halle 3
001 512 609

Sb.

Retro
VD 17 n.C

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-354845-p0011-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-354845-p0012-5

COLLEGIUM
RTIUM LIBE-
RALIUM,
DAMENTA SCIENTIARUM
IPSARUMQVE VIRTUTUM,
(INFORMATIONIS
ECIÆ SAPIENTUM
hodiè reviviſcentis
PRIMORDIA,)
COMPLECTENTIUM

indicat

I. VVEIGELIUS, C.P. P.P.
ACADEMIÆ SENIOR.

JENÆ,
TYPIS GOLLNERIANIS, 1688.

6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-354845-p0013-1